

IV.

**RUDOLPHI I. Romanorum
Regis Privilegia, Curiæ Albensi, quæ
in Imperiali Civitate Wilâ est,
concessa.**

An. Chr. 1275.

RUDOLPHVS Dei gratia Romano-
rum Rex semper Augustus. Vniuersis Sacri
Romani Imperij fidelibus, præsentes litteras
inspecturis, Gratiam suam & omne bonum. Cum
Religiosos viros Abbatem & Conuentum de Alba
Cisterciensis Ordinis, Spirensis Diaœcesis, qui spre-
tis huius labentis seculi lascivientis illecebris, in
claustris claustralibus se claudendo, Diuinis sunt
iugiter obsequiis mancipati, prosequamur speciali
gratia & fauore, de Libertate Regia huiusmodi gra-
tiam eis ducimus faciendam, ut de ipsorum Curia
quam in Oppido nostro Wyle possident, nullam
precariam, siue Steuram, nullum prorsus seruitium
compellantur, vel teneantur præstare. Sed omnino
ab omni seruitutis sit onere libera & immunis, eò
quod de communi Ciuium eiusdem Oppidi volun-
tate processit pariter & consensu. In cuius rei testi-
monium præsentes litteras conscribi, & Maiestatis
nostræ sigillo iussimus communiri. Datum apud
Rotenburg, Quarto Kal. Januarij. Indictione Quar-
ta, Anno Domini Millesimo, Ducentesimo, Septua-
gesimo Quinto. Regni vero nostri Tertio.

v. Omnes